

Ritus et ordo qd tonsurandum Cle-
ricum per Reuerendos Dominos
Abbatēs Werdenenses.

Stando ante altare dicat Abbas:

In nomine dei patris & filij & Spiritus
sancti, Amen.

Adiutorium nostrum in nomine dñj.
Saccellanus: Qui fecit coelum et ter-
ram?

Deinde flexis gembus ante
Altare, legat Abbas vna cum
Saccellano & astantibus:

Veni sancte Spiritus ꝑ cum versu.
Emitte Spiritum ꝑ Respondente Sacel-
lano: Et renouabis ꝑ. Collecta:

Deus qui corda fidelium sancti Spiritus
Illustratione docuisti. da nobis in
eodem Spiritu recta sapere. & de eius
semper consolatione gaudere.
Actiones nostras quesumus domine
aspirando preueni. & adiuvando
prosequere. ut cuncta nostra operatio
per te semper incipiat. et per te fini-
atur. per Christum dnm nrm. Amen

Adhortatio per dominum
Abbatem ad Clericum.

Optas chare fili & petis ut tibi con-
feratur ordo clericalis?

Respondeat: Peto. D. Abbas

Vis ergo die ac nocte bonis literis
sedulo incumbere? Respond: Volo:

Vis in diuinis
libro studio
nati quantum
Respond. De
patientiam ab
retrospici
Et sub
Sic me Deu
Euangeli
Omnipotens
et innocenti
humiliu a
mansuetoru
uentibus
tua benedict
quesumus hu
cuius in nom

Vis in diuinis laudibus & in lectione.
atq; studio sacrae scripturae omni co-
nato quantum in te est. sedulus esse?

Respond. Volo. Vis humilitatem,
patientiam, abstinentiam, obedientiam,
ceterasq; virtutes amplecti? Vale.

Et subiungat Clericus.

Sic me Deus adiuuet. et sancta eius
Euangelia. Oratio:

Omnipotens Christe saluator, innocens
et innocentiae amator, humilis et
humilium assumptor, mansuetus &
mansuetorum corda inhabitator, qui
uentibus ad te paruulis manus
tuae benedictionis largiris, benedic +
quesumus hunc famulum tuum. N
cuius in nomine tuo capillorum super-
flua

abscindimus. da ei spiritum intellectus
cum ætatis augmento. ut te intelligat,
te timeat. te diligat. te per mandatorum
tuorum observationem sequatur. et
per tuam gratiam ad senectutis canos
cum sanitate exemplum bonum alijs
prestando perveniat. Per te Saluator
mundi. qui regnas perpetuo. Amen.

Deinde D. Abbas dicat.

Benedic + domine hunc famulum
tuum N. et rorem tue gratie clemen-
ter infunde. ut felici vita exerescat.
et tuo semper adiutorio floreat. vitam
suam honestissime ad laudem nomi-
nisq; tui gloriam & animæ suæ salutem.
in tuis persistendo mandatis perdurat.
Per Jesum Chr̄m filium tuum dñm nr̄m.
Amen.

Deinde D. Abbas accepta
forcipe crenas abscindendo
dicat.

Auferat a te dominus omnes seculi
vanitates.

Facta tonsura D. Abbas
dicat in nomine Clerici.

Adiutor meus esto. ne derelinquas me.

Sacellanus: Neque despicias me deus
salutaris meus. D. Abbas:

Spes mea domine a iuventute mea.
In te confirmatus sum ex utero de
ventre matris mee. Tu es meus pro-
tector a iuventute mea. Abbas:

Faciem tuam domine requiro. Sacell.

Ne derelinquas me dñe deus meus.

D. Abb. Unam petij a domino hanc

requiram.

Sacell:

Vt inhabitem in domo domini omnibus
diebus vite mee.

Deinde D. Abbas.

Tu es domine qui hęc omnia operaris
et tuas prestas gratia, qui restituis
hereditatem nostram perpetuam
nobis, per filij tui domini nostri Jesu
Christi assertoris & redemptoris
nostri meritum. Hic ergo accipiat
petimus benedictionem & misericordiam
tuam, Nam hęc est generatio quę
querentium dominum, querentium faci-
em dei Jacob. . . Invocamus ergo
nomen domini dei nostri super nos,
vt ille & te et nos omnes benedicat +

qui vivit et regnat in secula, Amen.

Benedicat + te dominus & custodiat .
ostendat faciem suam tibi, et misereatur
tui. Converterat dominus vultum suum
ad te, detq; tibi suam gratiam et pacē.
Amen. Oremus.

Deus cuius providentia omnis creatura
incrementis adulta letatur, respice
clementer hunc famulum N. iuvenilis
etatis decore letantem, et florem
primi temporis attendendo deponentem,
clemens adesto, ut in omnibus tua
benedictionis et protectionis munus
auxilio, & auro longiore proventus coe:
lestem benedictionem accipiat, et pra:
sentis vitae praesidijs gaudeat, et
aeternae . . . Amen.

Oremus.

Omnipotens sempiternus deus benedic
hunc innocentem famulum tuum. N.
qui tibi iuuentutis suae primitias offert,
effunde domine super eum benedictio-
nem tuam largam, ut in eadem bene-
dictione in via mandatorum tuorum
ambulet, et actus suos dirigat, et tu
eadem ad summam perueniat senectū-
tem, per dominum nostrum Jesum fili-
um tuum, qui tecum vivit et regnat,
in secula seculorum. Amen.

Deinde D. Abbas.

Benedicat te omnipotens pater.
Custodiat te Jesus Christus.
Illuminet te Spiritus sanctus. Confir-

met te vir
dominus n
nostra.

Benedictio
& filij &
super te,
semper.
Pax dom


met te virtus filij dei, Indulgeat
dominus nobis omnibus vniuersa delicta
nostra. Amen.

In recessu dicat. D. Abbas.
Benedictio dei omnipotentis patris,
& filij, & spiritus sancti, descendat
super te, et nos omnes. et maneat
semper. Amen.


Pax domini sit semper nobiscum. Ame.
Ite in pace. Amen.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF


ES-
MUT-
THEK
DOW



133



134



135



© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN® Gray Scale

A	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
	R	G	B	W	M	K	G	C	Y	M									



TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

Centimetres: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19

Inches: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8